



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 7. Vitiza Rex Hispaniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

tempore celeberrimi, primus Abbas con- Sæcul. VIII.  
stitutus est. Hæc fundatio anno 703. fa- A. C. 701.  
cta creditur, atque Paldon, cum novel-  
lam Congregationem annis septendecim  
rexisset, anno 720. Gregorio II. Ponti-  
fice, die undecima Octobr. obdormivit  
in pace.

## §. VII.

*Vitiza Rex Hispaniæ.*

In Hispania, Egica Rege mortuo, Viti-  
za filius, jam antea in Regni societa-  
tem adscitus, æra 739. id est anno Salu-  
tis 701. successit, regnavitque annis no-  
vendecim. Is in Ecclesia S. Petri prope  
Toletum ab Episcopis & Optimatibus ad  
res in Regno suo componendas jussit ha-  
beri Concilium, cuius vero nec Acta nec  
Canones supersunt. Hoc fuit decimum *Roder. l. II.*  
*Octavum & Toletanum ultimum. Vitiza c. 15. Isidor.*  
za sub auspicio Regni magnæ clementiæ *Pacens. p. 10.*  
dedit specimina, exules revocans, & po-  
pulorum necessitatem sublevans; at bre-  
vi post deseruit Justitiæ limites, in om-  
nem vitæ licentiam effusus. Plures si-  
mul habebat uxores, & plures insuper  
Concubinas. Proceres Regis exemplum  
paulo post, & deinde etiam populus,  
ipsique Clerici secuti sunt.

Gundericus illa ætate Sedem Archi-  
episcopalem Toletanam tenebat, Vir San-  
ctitate & miraculis illustrissimus. Ei suc-

Nn 5 cessit

Sæcul. VIII. cessit Sinderedus, qui zelo, præter pru-

A. C. 703.

dentiæ regulas animatus, Viros Ecclesiasticos ætate & moribus venerabiles acer-

c. 16.

be habuit, instigante Vitiza, qui viro-  
rum istorum sibi in faciem resistentium,  
& crimina exprobrantium Sanctitatem  
non ferebat. Cum eos igitur Archie-  
piscopus suus contra æquitatem perse-  
queretur, ad Papam appellarunt. Ve-  
rum Vitiza, veritus, ne proborum Vi-  
rorum Auctoritas populos a se averteret,  
ut subditis suis adularetur, non permisit  
modo, sed etiam præcepit omnibus Cle-  
ricis, ut uxores acciperent, pellices,  
quot libereret, publice haberent, veri-  
que, ne Romanorum Constitutionibus,  
quibus pudenda commercia prohibeban-  
tur, morem gererent. Hæc data a Re-

c. 17.

ge Licentia ingentem morum dissolutio-  
nem in omnibus hominum ordinibus  
post se traxit. Tandem Vitiza Archi-  
episcopatum Toletanum Oppæ fratri  
suo, qui jam ante Archiepiscopus Hispa-  
lensis erat, dupliciter Canones violans,  
contulit, Judæos in Hispaniam revoca-  
vit, & majoribus privilegiis Synagogas,  
quam Christianorum Ecclesias donavit.

### §. VIII.

#### *Concilium Nestrefieldense.*

In Anglia anno 703. Rex Alfridus Con-  
cilium Nestrefieldam, locum quinque  
Leucis